



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Mira caritas in magistrum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

& simplicitatis, ac paupertatis voluntariæ studio nonnunquam bonam librorum partem sacco inclusam in pauperes distribuendam ultro daret. Nempe ex eo detrahens, quod sibi carissimum esset; cum tamen locupletis bibliothecæ amor sapientiæ cupido adolescenti, atque adeo in ea re curiositas, & ostentatiuncula concedi nec sine laude soleat. Vnde intelligere est quem in corporis cultu, cæteraque vita se ferret.

*Paupertatis
amore libros
in pauperes
distribuit.*

Diligebat eo sensu, verebaturque magistrum, nihil vteo carius, nihil eius autoritate grauius haberet. Eius consuetudine & familiaritate contentus, nullum præterea sodalium desiderabat usum. Adeo vnus instar omnium erat. Non solum per arcanam Sacramenti confessionem totum illi nudabat animū, sed quotidie solitus exacti erat diei rationē reddere. Quicquid cogitationem subiisset, si quid puerilium ineptiarum incidisset, quicquid quocunque modo visus esset sibi dicto, factoue deliquisse per ingenuam bonitatem exponebat; vt magister nihilo minus interiorem mentis habitum, quàm exteriorem corporis figuram in conspectu habens, pro arbitrato componeret; ac poenam quoque prolapsionum, si visum esset,

*Mira caritas
in magistrū.*

*Quotidie ei
conscientiam
aperis.*

C

iniun-